



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula litterarum testimonialium ordinat. cum dispensat. super
defectunatalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

lia nostra Metropolitana generales ordinationes celebrantes, Dilectum nobis in Christo N. clericum Mediolanen. nostræ Diœces. examinatum, & admissum, ad . . . ordinem ritè promouimus, eique dictum Ordinem contulimus. In quorum fidem præsentem literas sigillo Archiepiscopali Sancti Ambrosij, & manu Cancellarij nostri Archiepiscopalis munitas fieri iussimus. Dat.

Formula literarum testimonialium ordinationis cum dispensatione super defectu natalium.

CArolus &c. Vniuersis præsentem literas inspecturis fidem facimus & attestamur, quòd nos hodie Sabbato quatuor temporum autumnalium generales ordinationes in Ecclesia nostra Metropolitana celebrantes, dilectum nobis in Christo N. cum quo super defectu natalium, quem ex soluto & soluta genitus patitur, auctoritate nostra ordinaria ad hoc dispensauimus & dispensamus, ad primam clericalem tonsuram promouimus &c. In quorum fidem. Datum.

Formula literarum testimonialium sacre ordinationis extra tempora.

CArolus &c. Vniuersis præsentem literas inspecturis fidem facimus & attestamur, quòd nos hodie Dominico vigore facultatis a sede Apostolica specialiter nobis attributæ, sacros ordines Dominicis vel alijs festis diebus etiam extra tempora a iure statuta conferendi, in Ecclesia N. inter Missarum solennia dilectum nobis in Christo N. ordinis N. clericum Mediolanen. probatum, ad Subdiaconatus ordinem ritè promouimus, eiq; dictum ordinem contulimus. In quorum fidem &c.

Formula literarum testimonialium ordinis suscepti in propria diœcesi ab alio Epif. de ordinarij licentia.

FRANCISCUS Cittadinus, Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus &c.

Vniuersis præsentem literas inspecturis fidem facimus, & attestamur, quòd nos hodie Sabbato quatuor temporum, facultate, & speciali mandato Illustriss. ac Reuerendiss. Caroli Cardinalis Archiepiscopi Mediolanen. prout apud acta Reueren. Cancellarij Archiepiscopalis infra scripti constat, generales ordinationes in Ecclesia S. N. Mediolani celebrantes, dilectum nobis in Christo N. ad ordinem ritè promouimus, eiq; dictum ordinem contulimus. In quorum fidem &c. Dat. & actum uti supra &c.

Formula denunciandi matrimonium futurum in Ecclesia. Habetur supra parte 2. Actorum. pagina 283.

Formula dispensandi in denunciationibus matrimonij.

CArolus & cætera. Dilectio nobis in Christo R. N. salutem in Domino & cat. Iustis de causis animum nostrum mouentibus, his literis facultatem tibi concedimus, vt tribus, vel saltem duobus testibus præsentibus, N. & N. in Matrimonium (cum nullum ex informationibus oreterus sumptis inter eos legitimum detectum fuerit impedimentum) coniungere valeas. Ita tamen, vt celebrato matrimonio . . . denunciations tribus & cat. continuis festis diebus ex præscripto Concilij Tridentini fiant, & interim sponsi se a carnali copula abstineant; in reliquis verò forma ab eodem sacro Concilio, nostrisque Prouincialibus præscripta seruetur. In quorum fidem &c. Dat.

Formula literarum testimonialium de publicationibus factis matrimonij contrahendi, quando contra-hentes diuersarum sunt Parochiarum.

Atestor ego P. . . Parochus loci . . . me inter missarum solennia tribus diebus festis infra notatis populo denunciaffe matrimonium contrahendum inter N. nostræ Paro-